1928 fragmentum marmoreum rep. Ostiae d. 22 Dec. 1668.

*hic dor*MIT
*in p*ACE MO*l*
NVS EV
\ / C

Suaresius Vat. 9140 f. 232.

Exhibeo ita ut traditur, nisi quod v. 1 in. 2 in. supplementa adscripsi.

1929 fragmentum sarcophagi, Ostiae in cavaedio ante sacellum S. Monnicae.

ENT · C · S
HIC DOR
M I V M

Descripsit de Rossi.

1930 Ostiae reperta. Nunc Romae in museo christiano Lateranensi XXI, 19.

IA HIC DORMIT ·
*patr*ONAE DVLCISSIMAE

Descripsit de Rossi. Amati ms. 9750 f. 37'; Melchiorri ms.

1931 Ostiae in episcopio.

C A L I
HIC DO*rmit*

Descripsimus de Rossi et ego.

1 prima littera ex eis quae extant Rossio videbatur fuisse Z, mihi potius C.

1932 Ostiae in episcopio.

IA · HIC · DORMIT
*an*NIS X

Descripsimus de Rossi et ego.

1933 operculum sarcophagi ut videtur. Ostiae in museo.

/ / / / / /
QVI V*ixit*
XIII · DP VI K
*a*NN LV ❦

ramus pampineus cum foliis

Descripsi.

1934 Ostiae effossa a Cartonio a. 1824. Nunc Romae in repositis musei Lateranensis.

EX LOCA DVA CONCESSA

MATER FECIT FILIE | B | E | NE
MERENTISSIME QVE VI | X | I | T
ANNIS · X · MENSIBVS · VII
DIEBVS · XVII · EX LOCA DV | A | C | ON
sic CESSA · SLVE · MATER SIVE
PATER SVPRA PONATVR

Descripsit Henzen. Amati ms. 9750 f. 14 et in actis Arcadum 26 (1825) p. 207; Melchiorri ms. (inde Cardinali *memorie romane* 3 p. 72 n. 41, *dipl.* n. 342); Nibby *atti dell' accademia arch.* 3 (1829) p. 345 (inde et ex actis Arcad. Henzen n. 7323) = *analisi* 2, 472; Sarti ms.; de Rossi *Roma sott.* III p. 414.

Christianam iudicavit Amati, adstipulante Rossio. — Nomina filiae et matris aut in fine tituli (si re vera finis deest), aut in altero lapide scripta erant. — 5—7 *ex loco dua concessa*, quae verba repetita sunt etiam in principio tituli v. 1, dicta esse putat Rossius pro *ex locis duobus concessis alterum*; altero loco a filia occupato, eum, qui vacuus relictus sit, alteri utri ex parentibus destinari. — 6 SLVE] SIVE priores omnes. — 7 ruptam esse in fine solus adnotavit Henzen.

1935 Romae in suburbano Paccae.

A ☧ ω
difficile EST DICTIS NARRARE SINGVL*a gesta*
*ergo hoc so*LVM DISCIS HIC IACERE PVE*llam*
quae liquit CITO SVBOLEM DIGNOSIBISS
quisque LEGIT RS HAEC ME VERA PARASSE *maritum*
*te mori*ENTE SEDENT IN LVCTV PA*rentes*
ET EAM PEIR

Descripsit de Rossi. C. L. Visconti ms.

Supplementa sunt Rossii. — 5 RS litterae non intelleguntur.

1936 Ostiae in episcopio.

. . . \ I . . .
. . . V O R O R I
. . RA TENES SANC . . .

Descripsit de Rossi.

3 [*limina sac*]*ra tenes sanc*[*torum*] supplet Rossius.

1937 rep. a. 1837 *circa un miglio lungi dalle mura di Porto verso Roma e presso il Capo due rami, dove comincia l' isola* DE ROSSI de parte intuenti sinistra, *recentemente trovata in Porto* VISCONTI de eadem; nunc extat in episcopio Portuensi. Reliqua fragmenta effossa sunt circa a. 1858 a Guidio ROSSI.

SANCTIS ❦ MARTYRIBVS ET BEATI*ssimis*
EVTROPIO · BONOSAE ET ZOSIM*ae*
DONATVS EPISC · TVM*ul*VM ADO*rnauit*
SED ET BASILICAM · CONI*un*CTAM *tumulo*
A FVNDAMENTIS · SANCTAE *ple*BI *Dei construxit*

Delineavit de Rossi *bull. crist.* 1866 p. 46. Partem intuenti sinistram P. H. Visconti communicavit cum academia archaeologica Romana d. 17 Apr. 1837, unde edita est in eius academiae actis vol. 8 (1838) p. 83.

Supplementa sunt Rossii.

Natalem sanctorum Eutropi, Zosimae et Bonosae sororum, idibus Iuliis, in Portu Romano, hoc est in hisclea[1]) recenset Martyrologium q. d. Hieronymianum (ed. Florentini p. 662; cf. Rossi l. c. p. 37). Bonosae vita quoque extat (Acta Sanctorum Iul. vol. 4 p. 21 seq.), verum infimo aevo conscripta et nullius pretii; tamen quod in ea (l. c. p. 22) quinquaginta milites a Bonosa ad Christi fidem perducti et mortem pro Christo passi sepulti esse dicuntur *non longe a Portu Romano stadio uno*, locum ita significatum iudicat Rossius esse eum ipsum quo prodiit inscriptio Eutropio Bonosae et Zosimae posita a Donato episcopo. — 3 Donatus episcopus Portuensis praeterea ignotus est. — Saeculo quarto vergenti vel quinto ineunti inscriptionem adtribuit Rossius.

1) Verba *in hisclea* corrupta esse ex *in insula*, significari autem insulam eam quam facit Tiberis inter Ostiam et Portum, coniecit Florentinius vetustius martyrol. p. 664, adstipulante Rossio; num recte, valde dubito.